



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De poenis impiorum. xcii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARD. EPIS. VVORMA.

De pœnis impiorum. Cap. XCII.

Ex dictis eiusdem. **S**icut fasciculi lignorum ad combustionē similibus coligatur: ita in iudicii die similis culpæ reos suis similibus iungere, ut ex æquo pœna constringat quasi in fascia lumen, quos actio similes fecit in malum. Sicut vnuſquisque sanctus in futuro iudicio pro quantitate virtutum glorificabitur, ita & vnuſquisque impius pro qualitate facinorum condemnabitur. Nec deerit in supplicio futurus damnationis ordo. Sed iuxta qualitatem criminum, discrecio erit pœnarum, propheta firmante: De charorū quoq; suorum suppliciis, additur etiam pœna defunctis. Sicut apud inferos diuiti sermo prædicat euangelicus: sic pro augendo Iudei supplicio, dicit etiam Psalmus. Cōmoti mouentur filii eius, & mendicent. Impii ex hoc durius in iudicio puniendi sunt mentis dolore, ex quo visuri sunt iustos gloriae beatitudinem meruisse. Cumq; evidentibus est precipitandus diabolus, quando sub aspectu omnium honorum angelorum hominum, cum eis qui de patre eius erant, igne æterno mittendus est, dum sublatus fuerit diabolus ut dicetur: multi electi qui in corpore sunt inueniendi domino ad iudicium veniente, metu concutiendi sunt, videntes tali sententia impium esse punitum, quo terrore purgandi sunt: quia si quid eis ex corpore adhuc peccati remanserit, metu ipso quod diabolum damnari conspicunt purgabuntur. Hinc est quod ait Iob: Cūm sublatus fuerit, timebunt angeli, & exterriti purgabuntur. Multos posse perire ex eis in die iudicii, qui nunc electi esse videntur & sancti. Docente propheta: Vocavit dominus iudicium ad ignem, & deuorabit abyssum multam, & comedet partem domus. Pars quippe domus deuorabitur: quia illos etiam infernus absorbebit, qui nūc se in præceptis cœlestib⁹ gloriantur. De quibus & dominus dicit: Multi dicent mihi in illa die: Domine domine, nōne in nomine tuo prophetauimus? In nomine tuo dæmonia eieimus? virtutes multas fecimus? Tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: Discedite à me qui opera mini iniquitatē, nescio qui es.

De Antichristo. Caput XCIII.

Ex dictis eiusdem. **O**mnis qui secundum professionis suæ normam, aut novi viuit, aut aliter docet, Antichristus est. Plerique autem sunt, qui Antichristi tempora non visuri sunt, & tamen in